



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

III. Exemplum Heroicæ fortitudinis in Abraham.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

multis concionibus Prophetis, quæ fœdera prof
 improbare uidentur, ut Esa. 8. Non dicatis fœdera
 Non enim coniunctionem hominum defendenda
 quillitatis publicæ causa factam, quæ & concessa
 iusta est, Prophetæ reprehendunt: Sed fiduciam
 manorum præsidiorum taxant, ut dicitur Psal. 146.
 Nolite considerare in principibus, in filiis hominum
 in quibus non est salus. Item Ierem. 17. Maledictus
 qui confidit in homine.

Consideretur etiam Stratagema Abrahæ, qui
 diuiso exercitu, & quidem noctu hostes inuadit,
 existimarent multo maiores copias suo exitio inuenire.
 Talibus consiliorum occultationibus & signis
 contra hostes uti concessum est, ut Thucydides lib. 2.
 inquit, καὶ τὰ κλέμματα ταῦτα καὶ Ἰσχυροῦ
 ξαρ ἔχα.

III.

HEROICA FORTITUDO
 Abrahæ.

Vir Heroicus est, qui a DEO
 dentibus motibus, ad excellentem uirtutem
 excitatur, & in rebus gerendis adiuuatur,
 adiuuatur, qui que immensa quadam
 cupiditate iuuandi alios flagrans, re
 suscitatur.

suscipit asperrimas, non ut suæ utilitati, sed ut aliorum salutem consulat. Talis uiri exemplum nobis in hac historia Abraham præbet. Primum enim ardenti impetu ad suscipienda pericula pro liberatione familie Loth, quæ paulo ante ab illo discesserat, incitatur, & quidem exigua manu ingentes hostium copias forti animo aggreditur. Demde parâ uictoria & ingenti præda abacta, nihil inde ad suam utilitatem prorsus conuertit, Sed pulchritudine uirtutis & suorum salute contentus est. Talis apud Homerum Iliad. 9. Achilles describitur.

Αἶψ' ἐμὴν ψυχὴν πρὸ βαλλόμενος πελεμίζει
 ἄσδ' ὄρνις ἀπ' ἡσὶ νεόσοισι προφέρησι.
 κἄσ' αὖ ἐπέικε λάβησι κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλα
 αὐτῆ

Ὡς ἢ ἐγὼ πόλλας μὲν αὐπνεὺς νύκτας ἰάσορ
 ἤματα δ' αἰματοέντα δ' ἐπρησορ πελεμίζωρ.

Hoc est,

Sicut auis, quæ pro pullis implumibus ipsa,
 Euolat & pastum miseris parat, haud secus ipse
 Pro Danais mala multa ferens, quot sæpe peregi
 Peruigiles noctes, quot luces Marte cruentas
 Assiduo, dum bella gero, dum prælior ipsis
 Proq; Viris & Coniugibus, Danaumq; salute.

Et apud Liuium Decad. 4. lib. 3. cum in Nemeis
 4T: Quintio αὐτονομία uniuersæ Græciæ promissa esset,

sa esset, hac Oratione Romanos celebrant, E
nam eam in terris gentem, quæ sua impensa, suo
bore ac periculo, bella gerat pro libertate aliorum
detq; operam, ne quod toto orbe terrarum imperium
imperium sit, & ubiq; ius, fas, lex, potentissima
&c.

IIII.

DE SACERDOTIO
Melchisedek.

SACERDOS est persona
Deo ordinata, ut doceat Evangelicam
& oret pro alijs, habens promissio-
nem quod exaudiatur à Deo, & offer-
rat Sacrificia quæ DEVS instituit.
Hæc definitio tria Sacerdotis officia complectitur
quæ in hoc uulgari disticho comprehensa sunt.
ἰδρὺς πλὴν διδασχλῶν εὐαγγελίου φιλάσκη
ἰλάσκει θυσιῇ τὰ ἅπαντα ἀραῖσι θεοῦ.

Primum est docere uerbum Dei, diuinitus tra-
ditum, & quidem Euangelion de gratuita remissio-
ne peccatorum & ceterijs beneficijs propter Chris-
tum promissis, ut Malach. 2. dicitur, Labia Sa-
cerdotis custodiunt scientiam, & populus regem
Legem ex ore eius, Quia Angelus Domini est.
primi Patres, Adam, Abel, Enoch, Noha, Melchisedek